

**Ter Abdicatus Venenum Terens**

Ter abdicatus, ter absolutus comprehensus est a patre in secreta parte domus medicamentum terens; interrogatus quid esset, dixit venenum et velle se mori, et effudit. Accusatur parricidi.

1. CESTI PII Dic quid commiserim. Nescis? certe nec secreta te fallunt. Dimittat me: intellegitis cui paraverim. Dic quid ante commiserim: nisi forte contentus es reo obicere parricidium, parricidae nihil. ARGENTARI Volo mori quia reus fui. Quid ergo? nemo reus vivet? Vivet cui sordidatus adsederit pater. Revertar ad venenum, quoniam iniqua Fortuna nullo me periculo defungi semel passa est.

ALBUCI SILI Quare ergo non moreris? Non iuvat me mori si quem alium iuvat. Ut intervenit, in illas cogitationes abii: ergo quisquam tam infelix fuit? ergo quisquam me magis odit quam ego? Misereri mei coepi.

2. VARI GEMINI 'Ter' inquit 'abdicatus es.' Videris mihi, pater, obicere quod tamdiu vivam. Quod venio, quod pro me loquor, nolite mirari: tam iucundum est innocentibus defendi quam miseris mori. CORNELI HISPANI Scio quosdam periclitantis illa iactare: nunc primum causam dico. Haec ego dicere non possum; ter reus fui, nec dubito quin vobis in odium venerim, cum ipse me oderim. PORCI LATRONIS Ter causam dixi; accessit ad haec supplicia mea venenum; teneo; hoc si tibi satis non est, vivam.

3. Altera pars. ALBUCI SILI Testor deos immortales hoc me tribus iam abdicationibus cavisse, ne in domo mea venenum deprenderem. Parricidi reus vivit qui abdicatus mori voluit. In quam angusto domus meae fortuna posita est! aut patri pereundum est aut filio. Quid habes quare mori velis? Vivunt orbi, vivunt naufragi, vivunt etiam quibus contigerunt liberi ter abdicati. Cum se mori velle dicat, vitam rogat. Teneo parricidam, quod apparet, etiam in suam mortem paratissimum.

CORNELI HISPANI Nolite mirari si debitas vires dolori meo non exhibuero: tribus iudiciis experti estis patres accusare non posse.

4. VIBI RUFUM Cum tantum sit quod fateris, quantum est quod negas? Tu venenum quaesisti, tu venenum emisti, tu venenum intulisti in eam domum in qua habebas inimicum patrem. Recte vitam odisses si iam <tum> tibi parricidium obiecissem. Vis scire quid peccaveris? Indica quis tibi vendiderit; dicetur illi: tu [illi] venenum vendebas? tu ter abdicato vendebas? sine dubio nesciebas cui daturus esset. Ita hoc ego iudicio fili mortem moror? Si me cum isto includitis moriar, ut hanc vobis faciam invidiam quam iste mihi facere voluit. VARI GEMINI Quaeitis filius meus venenum cui paraverit? non bibit. POMPEI SILONIS 'Mihi' inquit 'paravi.' Et hoc est patri parere. Absolutus mori volt, reus vivit. MUSAE 'Habuit malum medicamentum Mithridates.' Quis enim alius debebat habere quam parricida? 'Habuit' inquit 'Demosthenes venenum et bibit.' Idem ego tibi pater quod Demostheni Philippus?

5. PORCI LATRONIS Cum abdicarem, si quid obieceram aiebat: numquid deprendisti? Non iam habebitis quod multum de eo dubitetis: quod negat parricidium, quod confitetur veneficium est. 'Mori' inquit 'volo.' Vivo patre et hoc parricidium est. Miser aequae timui ne biberet venenum quam ne daret. ARELLI FUSCI patris 'Mihi' inquit 'paravi venenum'; ne quis dubitet an alium possit occidere. IUNI OTHONIS patris Reus est parricidi qui mavolt mori quam patrem videre. Quomodo voltis magis probem vobis illum mori noluisse? non volt mori. 'Mori' inquit 'volui.' Quare? quia ter vicisti? Si mihi creditis, parricidium facere voluit; si isti, a me parricidium fieri voluit. Qualis est reus cuius hoc

**Un figlio ripudiato tre volte sorpreso a preparare una pozione**

Un figlio tre volte ripudiato e tre volte restituito a suo padre è stato sorpreso da lui, in una stanza appartata, a preparare un infuso; chiestogli che cosa fosse, ha risposto ch'era un veleno e ch'egli voleva morire; e lo ha sparso sul pavimento.

Viene accusato di parricidio.

1. CESTIO PIO. Di' che reato ho commesso. Non lo sai? Eppure neanche i segreti pensieri ti sfuggono. - Mi lasci libero: capirete subito per chi l'ho preparato. - Racconta i miei delitti precedenti, a meno che non ti basti rinfacciare al tuo accusato un parricidio, senza rinfacciar nulla al parricida. ARGENTARIO. Volevo morire perché accusato. «Che dunque? nessun accusato vivrà?». Vivrà chi avrà vicino un padre in lutto. - Tornerò al veleno, visto che la Fortuna avversa non mi lascia superare nessuna prova in una sola volta.

ALBUZIO SILO. «E perché allora non ti decidi a morire?». Non mi fa piacere la morte se fa troppo piacere a qualcun altro. Quand'egli mi sorprese mi sono lasciato andar a pensare: ci fu dunque mai qualcuno più sfortunato di me? c'è dunque qualcuno che m'odia più di me stesso? E ho cominciato a impietosirmi di me.

2. VARIO GEMINO. «Tre volte - dice - sei stato ripudiato». Mi sembra, padre, che mi rimproveri di vivere così a lungo. - Se mi presento, se parlo in mia difesa, non dovete meravigliarvi: fa piacere agl'innocenti difendersi come agl'infelici morire. CORNELIO ISPANO. So che certi accusati, in dubbio di perder la causa, mettono avanti: «Questo è il mio primo processo». Io non posso dire così; tre volte sono stato accusato e non dubito che oramai mi detestate anche voi, dato che anch'io mi detesto. PORZIO LATRONE. Tre processi ho sostenuto; a questi miei tormenti doveva por fine il veleno; ce l'ho ancora: ma se questo non ti basta, vivrò.

3. (Per l'altra parte). ALBUZIO SILO. Chiamo a testimoni gli dei immortali che, dopo i tre ripudi di mio figlio, m'ero già proposto di guardarmi dal veleno in casa mia. - Accusato di parricidio vive chi, solo ripudiato, si voleva ammazzare. - In quale strettoia è la sorte della mia casa! o muore il padre o muore il figlio. - Che motivo hai di voler morire? Vivono gli orfani, vivono i naufraghi, vivono anche i padri che hanno avuto in sorte figli da ripudiar ben tre volte. - Dice di voler morire ma viene a pregare per la sua vita. - Ho scoperto un parricida prontissimo, a quanto pare, a dar la morte anche a se stesso. CORNELIO ISPANO. Non sorprendetevi se il mio risentimento non ha la violenza che v'aspettavate: tre processi v'hanno certo insegnato che un padre non è un buon accusatore.

4. VARIO RUFO. Se è tanto grande il crimine che confessi, quanto grande sarà quello che neghi? Tu hai cercato il veleno, tu hai comperato il veleno, tu hai introdotto il veleno in una casa dove consideravi nemico tuo padre. - Avresti avuto ragione d'odiar la vita se fin d'allora t'avessi accusato di parricidio. - Vuoi sapere qual è il tuo peccato? Facci il nome di chi t'ha venduto il veleno; gli diremo: «tu gli vendevi il veleno? lo vendevi a un figlio tre volte ripudiato? Certo non sapevi a chi l'avrebbe dato». - E così, con questo processo io ritarderei la morte di mio figlio? - Se mi rinchiudete con lui, morirò e così getterò su di voi l'odiosità ch'egli voleva gettare su di me. VARIO GEMINO. Vi domandate per chi mio figlio abbia preparato il veleno? Non l'ha bevuto lui. POMPEO SILONE. «L'ho preparato per me» dice. Anche questo sarebbe un modo di prepararlo per tuo padre. MUSA. «Teneva con sé il veleno anche Mitridate». E chi infatti doveva tenerlo se non un parricida? «Demostene aveva il veleno e lo bevve». E io, tuo padre, sarei per te come Filippo per Demostene?

5. PORZIO LATRONE. Quando lo ripudiavo, ai miei rimbrotti rispondeva: «m'hai forse preso sul fatto?». Ma ora non avrete più molto da dubitare di lui: nega il parricidio, ma ammette il veleno. - «Voglio morire» dice. Finché suo padre è vivo sarebbe anche questo un parricidio. - Disgraziato me che ho temuto insieme che bevvesse lui il veleno e che lo desse a me. ARELLIO FUSCO. «Per me - dice - mi sono preparato il veleno»; così nessuno dubiterà che sia capace d'uccidere. GIUNIO OTONE. È un parricida chi preferisce la morte

unum patrociniū est, indignum se vita fuisse? Dico tam invisum illi patrem fuisse ut occidere voluerit: ipse fatetur tam invisum sibi fuisse ut occidere voluerit.

**6.** Non puto vos exigere divisionem, cum coniecturalis sit controversia. Habet tamen dissimilem ceteris coniecturam et duplicem; non quomodo solet aut inter duos reos, cum alterum coarguimus, aut inter duo crimina, cum alterum probamus, ut id alterius fiat probatio, tamquam cum dicimus adulteram fuisse ut credatur propter hoc etiam venefica: in uno homine coniectura duplex est. Quaerimus enim utrum venenum in suam mortem an in patris paraverit.

**7.** Si hoc colore dici placet pro adolescente quo dixit LATRO, ut nihil mutaret voces, sed diceret: 'mori volui taedio abdicationum et infelicitatis adsiduae, cum in hoc tantum sordes ponerem ut cum maiore tormento positas resumerem et absolutio mihi uni non finis esset periculi sed initium,' incipit praeter coniecturam et illa prima vulgaris in eiusmodi controversiis et pertrita quaestio incurrere, an venenum habere in mortem suam liceat. ALBUCIUS illo colore pro adolescente dixit, non fuisse venenum. Cum putarem, inquit, odio me esse patri meo, volui experiri adfectum eius, quomodo mentionem mortis meae ferret; itaque palam et ita ut interveniret pater tenui. FUSCUS ARELLIUS eodem colore usus est, sed aliter; non dixit: experiri patrem volui, sed: ut miserabilem me patri facerem.

**8.** MURREDIUS pro cetero suo stupore dixit medicamentum se parasse ad somnum, quia adsiduae sollicitudines vigiliarum sibi consuetudinem <fecerint. A parte patris> colorem et Publilianam sententiam dedit: abdicationes, inquit, suas veneno diluit; et iterum: mortem, inquit, meam effudit. Memini Moschum, <cum> loqueretur de hoc genere sententiarum, quo infecta iam erant adolescentulorum omnium ingenia, queri de Publilio quasi ille [iam] hanc insaniam introduxisset. CASSIUS SEVERUS, summus Publili amator, aiebat non illius hoc vitium esse, sed eorum qui illum ex parte qua transire deberent imitarentur, <non imitarentur> quae apud eum melius essent dicta quam apud quemquam comicum tragicumque aut Romanum aut Graecum; ut illum versum quo aiebat unum versum inveniri non posse meliorem:

«tam dest avaro quod habet quam quod non habet»;  
et illum de eadem re dictum:

«desunt luxuriae multa, avaritiae omnia»;  
et illos versus qui huic quoque ter abdicato possent convenire:

«o vita misero longa, felici brevis!»

et plurimos deinceps versus referebat Publili disertissimos. **9.** Deinde auctorem huius viti, quod ex captione unius verbi plura significantis nascitur, aiebat Pomponium Atellanarum scriptorem fuisse, a quo primum ad Laberium transisse hoc studium imitando, deinde ad Ciceronem, qui illud ad virtutem transtulisset. Nam ut transeam innumerabilia quae Cicero in orationibus aut in sermone dixit ex <ea> nota, ut non referam a Laberio dicta, cum mimi eius, quidquid modo tolerabile habent, tale habeant, id quod Cicero in . . . Laberium divus Iulius ludis suis mimum produxit, deinde equestri illum ordini reddidit; iussit ire sessum in equestria; omnes ita se coartaverunt ut venientem non reciperent. Cicero male audiebat tamquam nec Pompeio certus amicus nec Caesari, sed utriusque adulator. Multos tunc in senatum legerat Caesar, et ut replet exhaustum bello civili ordinem et ut eis qui bene de partibus meruerant gratiam referret. Cicero in utramque rem iocatus <est>; misit enim ad Laberium transeuntem: recepissem te nisi anguste sederem. Laberius ad Ciceronem remisit: atqui soles duabus sellis sedere. Uterque elegantissime, sed neuter in hoc genere servat modum. Ab his huius studii diffusa est in plures

alla vista di suo padre. - Quale miglior prova darvi ch'egli non pensava a morire? Non vuol morire. - «Volevo morire» dice. Ma perché? perché hai vinto tre processi? Se credete a me, egli voleva commettere un parricidio; se credete a lui, voleva farlo commettere a me. - Qual è l'accusato la cui sola difesa è d'essersi sentito indegno di vivere? Io affermo ch'egli odiava tanto suo padre da volerlo uccidere; lui afferma che odiava tanto se stesso da volersi uccidere.

**6.** (*Divisione*). Non credo che v'interessi la divisione d'una controversia congetturale come questa. C'è solo da notare che la congettura su cui si fonda è insolita e doppia; non è come quando fra due accusati ne convinciamo uno o fra due crimini ne dimostriamo uno perché serva di prova anche per l'altro - come se affermassimo che una donna è adultera per render più credibile che sia anche venefica -; qui c'è una duplice congettura sulle intenzioni d'una sola persona. Ci domandiamo infatti se abbia preparato il veleno per sé o per suo padre.

**7.** (*Colori*). Se si accetta, in difesa del giovane, il colore di LATRONE, che nulla forzò nelle sue parole, ma disse: «volevo morire perché sono stanco di ripudi e di quest'infelicità che non mi lascia mai, che mi fa deporre le vesti d'accusato solo per riprenderle con maggior tormento, mentre le assoluzioni, anziché por fine alle mie prove, le ricominciano», allora, accanto alla congettura di fondo, si profila fin dall'inizio la questione, ben nota in questo genere di controversie e tante volte dibattuta, se sia lecito tenere del veleno per uccidersi. ALBUZIO, per il giovane, sostenne che quello non era veleno: «Pensavo d'essere in odio a mio padre e ho cercato di capirne l'animo dal modo come avrebbe preso l'idea della mia morte; e così l'ho tenuto in evidenza per farlo intervenire». ARELLIO Fusco impiegò lo stesso colore, ma lo svolse in altro modo; non disse «volevo mettere alla prova mio padre» ma «l'ho fatto per renderlo pietoso verso di me, per commuoverlo a mio favore».

**8.** MURREDIO, con l'ottusità abituale, disse che s'era preparato un sonnifero, perché le continue angosce delle notti insonni erano divenute per lui una consuetudine. A favore del padre poi fondò il suo colore su d'un concetto «publiliano»: disse: «dilui i suoi ripudi nel veleno», e poi: «ha versato per terra la mia morte». Mi ricordo che Mosco, parlando di questo tipo di concetti, dal quale erano già contagiati gl'ingegni di tutti i nostri adolescenti, se la prendeva con Publilio, quasi avesse introdotto lui questa specie di mania.

Ma CASSIO SEVERO, grande ammiratore di Publilio, sosteneva che il vizio non era suo ma di chi ne imitava i vizi che avrebbe dovuto scansare, e non imitava le sentenze ch'egli aveva espresso meglio di qualsiasi altro poeta comico o tragico romano o greco **8** Per esempio quel verso di cui non se ne potrebbe trovare uno migliore:

«tanto manca all'avaro quel che ha quanto quel che non ha»  
e l'altro sullo stesso argomento:

«mancano alla prodigalità molte cose, all'avarizia tutte»

e quei versi che s'adattano benissimo anche a questo giovane tre volte ripudiato:

«o vita lunga all'infelice, al fortunato breve!»

e riferiva un dopo l'altro versi eloquentissimi di Publilio.

**9.** Diceva poi che questo vizio, che consiste nell'usare una parola in più significati insieme, era stato introdotto da Pomponio, l'autore d'Atellane, dal quale era passato, per via d'imitazione, prima a Laberio, poi a Cicerone, che ne fecero una qualità. Infatti, senza citare gl'innumerevoli esempi che ce n'ha lasciati Cicerone e nemmeno quelli di Laberio i cui mimi se hanno qualcosa di tollerabile l'hanno in questo, riferirò quanto Cicerone (disse) in...

Il divino Giulio fece recitar Labieno nei suoi giochi, poi lo restituì all'ordine equestre e l'invitò ad andar a sedere sui banchi dei cavalieri; ma tutti serrarono le file in modo da non lasciargli posto. Cicerone non godeva buona fama, come amico non sicuro sia di Pompeo sia di Cesare, ma adulatore d'ambidue. In quel tempo Cesare aveva nominato molti nuovi senatori per rinsanguare un ordine che la guerra civile aveva stremato e anche per ricompensare i

imitatio.

Sed ut ad controversiam redeam, CASSIUS SEVERUS aiebat placere sibi illum colorem: mori volui; et quasdam dixit inter disputandum sententias: Tertio, inquit, cum abdicarer, aiebam: nihil tanti est; infelicem hanc animam, quam totiens exagitat pater et infestat, semel recipiat. Sed illud rursus dicebam mihi: serva istam animam: facies quod voles absolutus. Quare ergo nunc non moreris? dicet aliquis. Primum non semper idem miseris libet; nonnumquam iuvat cum fortuna sua concurrere et illam fatigare. Deinde vis verum quare non moriar interim? quia puto te velle. OTHO IUNIUS ineptam sententiam videbatur dixisse: non multum interest mea; aut enim me aut filium meum voluit occidere.

suoi più validi sostenitori. Cicerone fece dello spirito su ambedue questi motivi; lanciò infatti a Laberio che passava: «t'avrei fitto posto, se non sedessi così stretto». Laberio rilanciò a Cicerone: «eppure sei solito sedere su due sedie» Ambedue con molta eleganza; ma nessuno dei due in questo genere seppe conservar la misura. io. Dal loro esempio poi questa moda trasse diffusione ed ebbe molti imitatori.

Ma torniamo alla nostra controversia. A CASSIO SEVERO piaceva quel colore: «volevo morire» e nella discussione ne trasse alcuni concetti: «Al terzo ripudio mi dicevo 'non ne vale la pena: questa vita infelice, che mio padre non cessa di tormentare e amareggiare, se la prenda una buona volta', ma poi mi ribattevo: 'salva la tua vita; quando t'assolveranno sarai libero di decidere'. 'Perché dunque non morir subito?' dirà qualcuno. Ma in primo luogo neanche gl'infelici la pensano sempre allo stesso modo; talvolta li prende il gusto di combattere con la fortuna e stancarla. In secondo luogo vuoi proprio sapere la vera ragione per cui non voglio morire adesso? Perché penso che lo voglia tu». GIUNIO OTONE disse un concetto che parve una goffaggine: «per me non fa gran differenza; o voleva uccider me o il mio figliolo».

(trad. A. Zanon Dal Bo, Bologna 1987).